terpretari ſcripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Convenientibus autem ipſis in unum apud Ptolemæum, & comparantibus ſuas interpretationes, Deus glorificatus eſt, & ſcripturæ vere divinæ creditæ ſunt, omnibus eaſdem & eiſdem verbis & eiſdem nominibus recitantibus ab initio uſque ad finem; uti & præſentes Gentes cognoſcerent, quoniam per aſpirationem Dei interpretatæ ſunt ſcripturæ, & non eſſe mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi, quæ facta eſt à Nabuchodonoſor, corruptis ſcripturis, & poſt LXX annos Judæis deſcendentibus iu regionem ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum regis, inſpiravit Heſdræ ſacerdoti tribus Levi, præteritorum prophetarum omnes rememorare ſermones, & reſtituere populo eam legem, quæ data eſſet per Moyſem. Cum tanta igitur veritate & gratia Dei interpretatæ ſint ſcripturæ, ex quibus præparavit, & reformavit Deus fidem noſtram, quæ in Filium ejus eſt, & ſervavit nobis ſimplices ſcripturas in Ægypto: —— & hæc earum ſcripturarum interpretatio, priuſquam Dominus noſter deſcenderet, facta ſit, & antequam Chriſtiani oſtenderentur, interpretata ſit: (Natus eſt enim Dominus noſter, circa primum & quadrageſimum annum Auguſti imperii, multo autem vetuſtior fuit Ptolemæus, ſub quo interpretatæ ſunt ſcripturæ:) vere impudorati & audaces oſtenduntur, qui nunc volunt aliter interpretationes facere, quando ex ipſis ſcripturis arguuntur à nobis, & in fidem adventus Filii Dei concluduntur. Firma eſt autem, & non ficta, & ſola vera, quæ ſecundum nos eſt, fides, mani-

manifeſtam oſtenſionem habens ex his ſcripturis, quæ interpretatæ ſunt illo modo quo prædiximus, & Eccleſiæ annunciatio ſine interpolatione. Etenim Apoſtoli cum ſint his omnibus vetuſtiores, conſonant prædictæ Interpretationi, & interpretatio conſonat Apoſtolorum traditioni. Etenim Petrus, & Joannes, & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum ſectatores, Prophetica omnia ita annuntiaverunt, quemadmodum Seniorum interpretatio continet. Unus enim & idem Spiritus Dei, qui in Prophetis quidem præconavit, quis & qualis eſſet adventus Domini, in Senioribus autem interpretatus eſt bene, quæ bene prophetata fuerant: ipſe & in Apoſtolis annunciavit plenitudinem temporum adoptionis veniſſe, & proximaſſe regnum cælorum, & inhabitare intra homines credentes in eum, qui ex Virgine natus eſt Emanuel.

Clemens Alexandrinus Stromatum l. 1. p. 250. Edit. Lugduno-Batav. p. 341, 342. Edit. Pariſ.

Ἑρμηνεύθησαν δὲ τὰς γραφὰς τάς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικάς, οὐκ ἀπὸ τῶν Ἑβραίων ἀφελέκτῳ εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ὅτι βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἢ (ὥς τινες) ὅτι τοῦ Φιλαδέλφου ὅτι κληθέντος, τῷ μείζονι φιλοπονίᾳ εἰς τοῦτο προσενεγκαμένου Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῶς πραγματευσαμένου. ἐπὶ γὰρ Μακεδόνων τῶν Ἀσίαν κατεχόντων, φιλοπονώτερον ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς αὐτὸν γενομένην βιβλιοθήκην πάσαις

καταϰοσμῆσαι γεγραφᾶς, ἠξίωσε ϰαὶ τὰς Ιεροσολυμίτας τὰς περὶ αὐτοῖς προφητείας εἰς τὴν Ελλάδα διάλεϰτον ἑρμηνεῦσαι. οἱ δὲ, ἅτε ἔτι ὑπαϰούοντες Μαϰεδόσι, τῆς παλαιᾶς σοφίσιν εὐδοϰιμωτάτων, περὶ τὰς γεγραφὰς ἐμπείρους, ϰαὶ τὴν Ελληνιϰῆς ἀϕελέϰτου εἰδήμονας, ἑβδομήϰοντα πρεσβυτέρους ἐπελεξάμενοι, ἀπέστειλαν αὐτῷ μετὰ τῶν θείων βίβλων· ἑϰάστου δὲ ἐν μέρει ϰατ' ἰδίαν ἑϰάστην ἑρμηνεύσαντος προφητείαν, συνέπνευσαν αἱ πᾶσαι ἑρμηνεῖαι συναπεληλεῖσαι, ϰαὶ ταῖς ἀϕωνίαις ϰαὶ ταῖς λέξεις. Θεοῦ γὰρ ἦν βούλημα μεμελετημένον εἰς Ελληνιϰὰς ἀϰοάς. ὁ δὲ ξένον ὑπνον Θεοῦ, τοῦ τὴν προφητείαν δεδωϰότος, ἢ τὴν ἑρμηνείαν, οἱονεὶ Ελληνιϰὴν προφητείαν, ἐνεργεῖσθαι.

Tertullianus Apologet. c. 18.

PTolemæorum eruditiſſimus (quem Philadelphum ſupernominant) & omnis literaturæ ſagaciſſimus, cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum (ut opinor) æmularetur, inter cætera memoriarum, quibus aut vetuſtas aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrii Phalerei Grammaticorum tunc probatiſſimi, cui præfecturam mandaverat, libros à Judæis quoque poſtulavit, proprias ſcilicet atque vernaculas litteras, quas ſoli habebant. —— Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Judæis ſubſcriptum eſt, ſeptuaginta duobus Interpretibus indultis. —— Affirmavit hæc vobis etiam Ariſtæas, ita in Græcum Stylum ex aperto monimenta reliquit.

Euſe-

Euſebius Cæſarienſis Præpar. Evang. l. 8. c. 1. p. 349. Edit. Pariſ.

ΘΕὸς αὐτὸς ὁ τῶνδε τ᾽ ἀγαθῶν αἴτιος, προλαβὼν τὸ μέλλον ὡς ἂν Θεὸς τῇ προγνώσει, ἅτε δὴ πάντων ἀνθρώπων οὐκ εἰς μακρὸν ἀναφαινομένου Σωτῆρος —— προῤῥήσεις ἐποκαλυφθῆναι τοῖς πᾶσι, εἰς φῶς τε ἐλθεῖν, ἐπ᾽ ἀκριβὲς μεταβληθείσας, δημοσίας τε βιβλιοθήκης ἀνατεθείσας, δι᾽ ἑρμηνείας, βασιλεῖ Πτολεμαίῳ τοῦτο προσῆξαι κτίσιν νέαν ἐμβαλὼν, εἰς προφητικὴν (ὡς ἔοικε) τιμὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὅσον ὑπὸ μελλήσης ἐξ αὐτοῦ ἔσεσθαι μεταλήψεως. ὧν γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐτύχομεν παρὰ Ἰουδαίων, ἐποκρυφάντων ἂν τὰ περὶ αὐτοῖς λόγια διὰ τὸ φθόνον πρὸς ἡμᾶς· τούτων οὐκ ἂν ἦσθεν οἰκονομηθείσης ἑρμηνείας ἠξιώθημεν, πρὸς τῶν περὶ αὐτοῖς ὑπό τε σπουδῆς καὶ τῇ πατρίῳ παιδείᾳ δεδοκιμασμένων ἀνδρῶν, μεταβληθέντων. γράφει δὲ ταῦτα Ἀριστέας, ἀνὴρ λόγιος μὲ ἄλλως, ἀ μὴν ἀλλὰ καὶ παρατυχὼν τοῖς πραχθεῖσι κατὰ τὸ δεύτερον Πτολεμαῖον, τὸν ἐπικληθέντα Φιλάδελφον, καθ᾽ ὃν καὶ ἡ ἑρμηνείας τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, διὰ σπουδῆς τοῦ βασιλέως γενόμενα, τῆς κατὰ τὴν Ἀλεξανδρείαν βιβλιοθήκης ἠξιώθη.

Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ. tomo 2. p. 156. Edit Pariſ.

ΠΡώτη ἐστὶν ἡ τῶν οβ ἑρμηνευθέντων [προφῆτις.] οἵτινες Ἑβραῖοι ὄντες, ἐξελέγησαν ἀπὸ ἑκάστης φυλῆς ἓξ, καὶ ἡρμήνευσαν τὴν θείαν γραφὴν ἐπὶ Πτολεμαίου βασιλέως τοῦ Φιλαδέλφου, διὰ διακοσίων πεντήκοντα ἐνιαυτῶν

ἑαυτῶν ἡ τῆ σάρκα γενήσεως τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ.

Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. p.36,37. Edit. Paris.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, φιλολογώτατος γενόμενος βασιλεύς, τὰς τῆ παντοίας βίβλους συναθροίζων, ἐπὶ Δημητρίυ τῦ Φαληρέως τῆ βιβλιοθήκης προστάττοντος, εἰς τὰ νομικῶν καὶ προφητικῶν θείων γραφῶν ἐπακύσας, καὶ πολὺ κάλλιον κρίνας, καὶ ἐπὶ ἀκόντων ἀναγκαστῶς τὰ βιβλία κτήσασθαι, ἀλλ' ἐξιλεώσασθαι δώροις μᾶλλον καὶ φιλίᾳ τὸν ἔχοντα· καὶ γινώσκων ὅτι ὃ μὴ ἀναγκαστὸν δοκῆται, πολλάκις ἀπροαιρέτως διδόμενον· τόδ' ὂν προαιρέσεως διδόμενον, σὺν ἀληθείᾳ τοῖς πᾶσι δωρεῖται, Ἐλεαζάρῳ τῷ τότε ἀρχιερεῖ, πλεῖστα δῶρα πέμψας εἰς τὰ ἅγια τῶν Ἱεροσολύμων ναὸν, ἐξ οὗ φυλὴ τῶν δώδεκα τῦ Ἰσραὴλ φυλῶν πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἑρμηνείαν ἐποίησεν ἀποστολήν· εἶτα καὶ τῆ θείας εἰ μὴ τὰς βίβλους εἰληφάνων ἀπόπειραν· καὶ ὃ μὴ συνδυάσας πρὸς ἀλλήλας τὰς ἀποκαλύψεις ὑποπτεύσας, ὃν τῇ λεγομένῃ Φάρῳ τῇ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν κειμένῃ, τῶν παραγενομένων ἑρμηνευτῶν, ἑκάστῳ ἴδιον οἶκον ἀποδείξας, ἑκάστῳ πάσας τὰς γραφὰς ἐπέτρεψεν ἑρμηνεῦσαι. τούτων δὲ ὃν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἡμέρας πληρωσάντων τὰς ὁμῶ πάντων ἑρμηνείας καὶ διαφόρῳ οἴκῳ ἀλλήλοις μὴ προσπέντες, ἐποίησε θαυμάσιον ὅτι ὃ αὐτὸ ἃ μόνον ἐν νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν λέξεσιν εὗρεν συμφωνοῦντας. ἃ γὰρ εὑρεσιλογία καὶ κατασκευὴ σοφισμάτων

σμάτων ἀνθρωπίνων ἰῶ ὃ γινόμενον, ἀλλ' ὀκ πνεύματος ἁγίου ἢ τῷ ἁγίῳ πνεύματι λαληθεισῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο.

Epiphanius Cyprius libro de Menſuris & Ponderibus. §. 3. tom. 2. Edit. Pariſ.

Ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ οἱ ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευταὶ τὰς λέξεις προσέθηκαν, ὀκ εἰς μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ὠφέλειαν. τὰς γὰρ ἐλλιπῶς ἐχούσας λέξεσι προσθετικότες εἰς σαφήνειαν, τῷ ἀνάγνωσιν πρήναγον· ὥθ' ὑπολαμβάνειν ἡμᾶς, ὡς εὐμοίρους αὐτοὺς γεγενῆσθαι πνεύματος ἁγίου. ὧν γὰρ ὀκ ἰῶ χρεία, διανοηθῆναι πρῆκαν. ὅπου δὲ χωλὸν ἐδόκει ὃ ῥῆμα εἶναι, εἰς Ἑλληνικὴν ἀφέλκυστον μεταφερόμενον, ὠκεῖ τῇ προθέσει ἐποίησαντο. θαυμάσαι δέ ἐστιν ὅπῃ τούτῳ, ὡς μὴ τολμᾶν μέμψιν ἐπάγειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔπαινον, ὡς ὀκ βουλῆς Θεοῦ γεγενημένου συνιέναι τὴν εὐλάβειαν. ἑβδομηκονταδύο γὰρ ὄντες τὸ ἀριθμοῦ, ὡς ἐν τῇ Φαρίᾳ νήσῳ ——— ἀπικρὺ τῆς Ἀλεξανδρείας ὡς λ' ἀπὸ ἐξ οἰκίσκοις, ζυγὴ ζυγὴ κατ' οἰκίσκον, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἑσπέρας συγκλειόμενοι, ὡς ὃ ἑσπέρας ὡς λς σκαφιδίοις φραγόμενοι, εἰς ὃ ὑπὸ Πτολεμαίου Φιλαδέλφου παλάπον, ὡς μετ' αὐτοῦ ἑστιώμενοι, ὡς κατ' ζυγὴν ὡς κοιτῶσι λς καθεύδοντες, εἰς ὃ μὴ συνδιάσαι μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἀνοθεύτως ἑρμηνεῦσαι, ὕτως διετέλουν. Τοὺς γὰρ προφημένους λς οἰκίσκους ὁ ῥηθεὶς Πτολεμαῖος καταασκευάσας ὡς τὸ πέραν εἰς τὴν νῆσον, διπλοῦς τε αὐτοὺς ποιήσας, δύο δύο ὠνέκλεισεν, (ὡς ἔφην) καὶ παῖδας

δύο

δύο ὑπηρετεῖν αὐτοῖς ἅμα ἐκέλευεν, ὀψοποιίας ἕνεκεν, καὶ ὑπηρεσίας, μὴ καὶ ταχυδάφων. ἀλλ' ὅτε θυείδας τοῖς οἰκίσκοις ἐκείνοις ἐκ τοίχων ἐποίησεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ τῶν δωμάτων τὰς κεκλιμένας ἀναφωτίδας ἀνέῳξεν. ⓐ δὲ ὕτως ἀφήγοντες ἀπὸ θεοῦ ἕως ἑσπέρας ὑπὸ κλεῖδα συγκεκλεισμένοι ὕτως ἡρμήνευσαν. ἐκάστῃ δὲ ζυγῇ βίβλος μία ἐπεδίδοτο· ὡς εἰπεῖν, ἡ βίβλος τοῦ κόσμου γενέσεως μιᾷ ζυγῇ, ἡ Ἐξοδος τῶν υἱῶν Ισραὴλ τῇ ἄλλῃ ζυγῇ, Λευϊτικὸν τῇ ἄλλῃ, καὶ ἀριθμῶν ἄλλη βίβλος τῇ ἄλλῃ. —— §. 6. Οτε δὲ ἐτελειώθησαν, ἐκαθέζετο ὁ βασιλεὺς ὅπου θέσις ὑψηλή, καὶ λς ἀναγνώσεις ἔχοντες ἑκάστης βίβλου τὰ λς ἰσόστιχα, καὶ εἷς ἔχων τὴν βίβλον τὴν Ἑβραϊκῆς ἀντίγραφον. ἑνὸς δὲ ἀναγινώσκοντος ἀναγνώσου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπεχόντων, οὐκ εὑρέθη ἀμφωνία. ἀλλὰ Θεοῦ θαυμάσιον ἔργον εἰς τὸ γνωσθῆναι, ὅτι πνεύματος ἁγίου ἔχοντες δωρεὰν ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες, ὁμοφώνησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὅπερ προετέθειτο λόγος, ὑπὸ πάντων εὑρέθη προτεθειμένον. ὅπερ δὲ ἀφείλοντο, πάντες ὅτι ἴσης εὑρέθησαν ἀφελόμενοι. καὶ ὧν μὲ ἀφείλοντο οὐκ ἔστι ψευδία, ὧν δὲ οὐκ ἀφείλοντο, ὅτι ψευδία. —— §. 9. Καὶ προφητοι μὲ ἑρμηνευθηναὶ γεγόνασι τὴν αὐτῆς θείας γραφῆς, ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου εἰς Ελληνίδα, ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες ⟨ϟβ⟩ ἀριθμὸν, τὴν αὐτὴν προφητίαν ἑρμηνείαν ὅτι Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑρμηνεύσαντες. οἵπινες ἐξελέγησαν ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ισραὴλ, ἓξ ἄνδρες κατὰ φυλὴν, ὡς ἐξέδωκεν Αριστέας ἐν τῷ αὐτοῦ συντάγματι. —— Αυτοὶ (scil. Judæi)

Judæi) δὲ δεξάμενοι ὑπὸ τοῦ Φιλαδέλφου (viz. Ptol. Philadelphi) καὶ τὰ δῶρα ἀσμένως, ἀφ' ἁπλῆς ἔσχον σφόδρα. καὶ ἀμελητὶ χρυσοῖς γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς τὰς βίβλους μεταγραψάμενοι τὰς ἤδη μοι προτεταγμένας, ἀπέστειλαν ΧΒ μὲν τὰς ἐνδεδομηκονταδύο δὲ τὰς ἀποκρύφους. ὁ δὲ βασιλεὺς κομισάμενος καὶ ἐντυχὼν, καὶ μὴ δυνάμενος ἀναγνῶναι, τὴν τοιχείων Ἑβραϊκῶν ὑπαρχόντων, καὶ ἀλαλέκτῳ τῇ Ἑβραϊκῇ γεγραμμένων, δευτέραν ὑπὸ Φιλαδέλφου ἀναγκάζεται αὐτοῖς γράψαι, καὶ αἰτῆσαι ἑρμηνευτὰς τοὺς δυναμένους ἀπὸ φράσαι τὰς βίβλους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν ἀδιάλεκτον· ἀφ' ἧς Ἑβραίους. ——— τότε τοὺς ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευτὰς ἐκλεξάμενοι, οἱ τὴν Ἑβραίων διδάσκαλοι ἀποστέλλει, κατὰ τύπον, ὃν ποτε ἐποίησε Μωϋσῆς, ἡνίκα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος διὰ προστάγματος Κυρίου. ——— αὐτὸς δὲ διὰ τὴν πρὸς τὰς φυλακὰς εἰρήνην, ἵνα μὴ ἐξ οἰκίων λάβῃ πέντε ἄνδρας, ἐξ ἄλλων ἓξ, καὶ ποιήσῃ φασὶν ἐν ταῖς φυλαῖς, διενοήθη μᾶλλον ἑβδομηκονταδύο προσλαβεῖν, καὶ τῷ ἀριθμῷ προσθεῖναι. τῷ ἀπὸ δὲ βόπω (ὡς ἔφην) καὶ τούτους ἀπέστειλαν, οἵτινες ἡρμήνευσαν τὰς βίβλους ἐν τῇ Φαρίᾳ καλουμένῃ νήσῳ. καὶ οὕτως αἱ βίβλοι εἰς Ἑλληνίδα ἐκτεθεῖσαι ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῇ Βρυχίῳ οἰκοδομηθείσῃ.

Hieronymus Stridonenſis, Præfatione in Pentateuchum Moyſi. Epiſt. 104. Edit. Antuerp.

NEſcio quis primus Auctor, ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diviſis, eadem ſcriptitarint: cum Ariſteas,

riſteas, ejuſdem Ptolemæi ἀρχιφύλακος, & multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint: ſed in una Baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi ſpiritus ventura prædicit, heic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert.

Idem in Procemio Quæſtionum in Geneſim. Epiſt. 155.

NEque vero LXX Interpretum, ut invidi latrant, errores arguimus: nec noſtrum laborem, illorum reprehenſionem putamus: cum illi Ptolemæo regi Alexandriæ, myſtica quæque in ſcripturis ſanctis prodere noluerint, & maxime ea quæ Chriſti adventum pollicebantur; ne viderentur Judæi & alterum Deum colere; quos ille Platonis ſectator magni idcirco faciebat, quia unum Deum colere dicerentur. Sed & Evangeliſtæ, & Dominus quoque noſter atque Salvator, necnon & Paulus Apoſtolus, multa quaſi de veteri Teſtamento proferunt, quæ in noſtris codicibus non habentur. Ex quo perſpicuum eſt, illa magis vera eſſe exemplaria, quæ cum novi Teſtamenti autoritate concordant. Accedit ad hoc quoque, quod Joſephus, qui LXX Interpretum proponit Hiſtoriam, quinque tantum ab iis libros Moyſi tranſlatos refert: quos nos quoque confitemur pluſquam cæteros cum Hebraicis conſonare.

Auguſtinus Hipponenſis de civitate Dei l. 18. c. 42.

HUic autem ſuccedens alius Ptolemæus, qui eſt appellatus Philadelphus —— petivit ab Eleazaro tunc Pontifice, dari ſibi ſcripturas, quas

quas profecto audierat fama prædicante divinas: & ideo concupiverat habere in Bibliotheca, quam nobiliſſimam fecerat. Has ei cum idem Pontifex miſiſſet Hebræas: poſt etiam ille interpretes poſtulavit, & dati ſunt ei LXXII, de ſingulis duodecim tribubus ſeni homines, linguæ utriuſque doctiſſimi, Hebrææ ſcilicet atque Græcæ. Quorum interpretatio ut Septuaginta vocetur, jam obtinuit conſuetudo. Traditur ſane tam mirabilem ac ſtupendum planeque divinum in eorum verbis fuiſſe conſenſum, ut cum ad hoc opus ſeparatim ſinguli ſederint: (ita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare,) in nullo verbo, quod idem ſignificaret, & tantundem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero diſcreparet; ſed tanquam ſi unus eſſet interpres, ita quod omnes interpretati ſunt, unum erat, quoniam revera ſpiritus erat unus in omnibus.

Ibid. c. 43. Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum eſt, quod Eccleſiæ Latinæ tenent. Quamvis non defuerit temporibus noſtris Presbyter Hieronymus homo doctiſſimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas converterit. Sed ejus tantum literarum laborem, quamvis Judæi fateantur eſſe veracem, LXX vero interpretes in multis erraſſe contendant: tamen Eccleſiæ Chriſti tot hominum autoritati ab Eleazaro tunc Pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant præferendum: quia etſi non in eis unus apparuiſſet ſpiritus ſine dubitatione divinus: ſed inter

ſe verba interpretationis ſuæ LXX docti more hominum contuliſſent, ut quod placuiſſet omnibus, hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cum vero tantum in eis ſignum divinitatis apparuit, profecto quiſquis alius illarum ſcripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres eſt verax, aut congruit illis LXX interpretibus, aut ſi congruere non videtur, altitudo ibi Prophetica eſſe credenda eſt. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt; idem ipſe erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt. Qui profecto autoritate divina & aliud dicere potuit, tanquam Propheta ille utrumque dixiſſet, (quia utrumque idem Spiritus diceret, & hoc ipſum aliter, ut ſi non eadem verba, idem tamen ſenſus bene intelligentibus diluceſceret,) & aliquid prætermittere & aliquid addere; etiam ut hinc oſtenderetur non humanam fuiſſe in illo opere ſervitutem, quam verbis debebat interpres, ſed divinam potius poteſtatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis. —— Si igitur (ut oportet) nihil aliud intueamur in ſcripturis illis, niſi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quicquid eſt in Hebræi codicibus, & non eſt apud interpretes LXX, noluit hoc per iſtos, ſed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere. Quicquid vero eſt apud LXX, in Hebræis autem codicibus non eſt, per iſtos maluit, quam per illos idem Spiritus dicere, ſic oſtendens utroſque fuiſſe Prophetas. Quicquid porro apud utroſque invenitur, per utroſque dicere voluit unus atque idem Spiritus: ſed ita ut illi præcederent prophetando, iſti ſequerentur prophetice illos interpretando. Joh.

Joh. Chryſoſtomus l. 1. adverſus Judæos tom. 1. p. 443. Edit. Pariſ. Sed juxta Edit. Savilianam in libello, cui titulus, πρὸς τοὺς Ιουδαΐζοντας tom. 6. p. 373.

Πτολεμαίου ὁ Φιλάδελφου τὰς παντα χόθεν βιβλους συναγαγων, καὶ μαθων ὅτι ἡ τοῦ Ιουδαίοις εἰσὶ γεγραφαὶ τοῦ Θεοῦ φιλοσοφοῦσαι ἡ πολιτείας ἀείσης· μεταπεμψάμενου ἄνδρας ἐκ τῆς Ιουδαίας, ἡρμήνευσεν αὐτὰς δι' ἐκείνων· ἡ ἀπέθετο εἰς τὸ τοῦ Σεραπίδος ἱερόν· (ἡ γὰρ ἦν Ελλὰς ὁ ἀνὴρ·) ἡ μέχει νῦν ἐκεῖ τῶν προφητῶν αἱ ἑρμηνευθεῖσαι βίβλοι μένουσι.

Hilarius Pictav. in 2^dum Pſalmum. p. 439. Edit. Baſil.

MEdiis legis temporibus, priuſquam unigenitus Dei Filius ante ſecula manens Deus, Verbum homo naſceretur: poſcente rege Ptolemæo, Septuaginta ſeniores libros veteris Teſtamenti ex Hebræis literis in Græcas tranſtulerunt. Erat autem jam à Moſe antea inſtitutum in Synagoga omni Septuaginta eſſe doctores. Nam idem Moſes quamvis veteris Teſtamenti verba in literis condidiſſet: tamen ſeparatim quædam ex occultis legis ſecretiora myſteria Septuaginta ſenioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Doctrina ergo horum in poſterum, quæ ab ipſo ſcriptore legis accepta, in hoc ſeniorum & numero & officio conſervata eſt. Hi itaque ſeniores libros hos transferentes, & ſpiritualem ſecundum Moſi traditionem occultarum cognitionum ſcientiam adepti, ambigue lingua Hebraica dicta & varia quædam ex ſe nunciantia, ſecundum virtutes rerum certis & propriis verborum ſignificationibus tranſtulerunt, doctri-

næ ſcientia multimodam illam ſermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit, ut qui poſtea tranſtulerunt, diverſis modis interpretantes magnum gentibus attulerint errorem: dum occultæ illius à Moſe profectæ traditionis ignari, ea quæ ambigue lingua Hebraica commemorata ſunt, incertis ipſi judiciis ediderunt.

Theodoretus Epiſc. Cyri in præfatione Pſalmorum.

ΕΜοὶ δοκεῖ τολμηρὸν εἶναι τὰς ἀνέκαθεν ἐμφερομένας ὑπὸ Πτολεμαίου, καὶ τοῦ Αἰγύπτου μετὰ τὴν Αλέξανδρον βασιλεύσαντος, ἀναγέγραφὰς, ἃς οἱ ἑβδομήκοντα πάντες ἁρμοσθύτερσι μετέθεσαν εἰς τὴν Ελλάδα φωνὴν, ὡς μὴ τὴν ἄλλην ἅπασαν θείαν γεγραφήν. πρὸ πεντήκοντα δὲ μὴ ἑκατὸν τῆς ἑρμηνείας ἐνιαυτῶν, θείας ἀναπλησθεὶς χάριτος ὁ θαυμάσιος Εσδρας τὰς ἱερὰς ἀνέγραψε βίβλους, ὑπὸ τῆς τῶν Ιουδαίων ἀμελείας, καὶ τῆς τῶν Βαβυλωνίων δυσσεβείας πάλαι διαφθαρείσας. εἰ δὲ καὶ κεῖνος ἐκ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν τούτων ἀνενεώσατο μνήμην· καὶ ὅτοι, μὴ δίχα τῆς θείας ἐπινοίας, μιᾶς πολλῆς συμφωνίας μετέδωκαν ταύτας εἰς τὴν Ελλάδα φωνήν.

AD-

ADDENDA.

P. 110. l. 9. post συμβέβηκεν adjunge ex eodem Josepho p. 395, 396. —— συνεπαδῆναί τε αὐτῷ αὐτὸς ἐκέλευσε. —— Διαλιπὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐφ' ὅσον ἔδοξεν ἐπιχρῶντα χαρὰν εἶναι, φιλοσοφεῖν ἤρξατο, καὶ ἕκαστον αὐτῶν λόγους ἐπιρώτα φυσικοὺς, καὶ περὶ τῶν ζητουμένων θεωρίαν. ἀκριβῶς δ' ἐκείνων παντὸς ὑπνοσοῦν ὁ λέγων αὐτοῖς προβληθείη διασαφήσαντων, ἡδόμενος, τοιοῦτον ἐφ' ἡμέρας ιβ συμπόσιον ἐποιήσατο. ὡς τῷ βασιλομένῳ τὰ κατὰ μέρος γνῶναι τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ζητηθέντων, εἶναι μαθεῖν, ἀναγνόντι τὸ Ἀριστάρχου βιβλίον ὃ συνέγραψε διὰ ταῦτα. —— διελθουσῶν δὲ τριῶν &c.

TESTIMONIA

ALIQUOT

SCRIPTORUM ORIENTALIUM

DE

LXXII *INTERPRETIBUS*

Eorumque Verſione.

TESTIMONIA
ALIQUOT
SCRIPTORUM ORIENTALIUM
DE
LXXII *INTERPRETIBUS*
Eorumque Verſione.

Ex Præfatione in Pentateuchi Arabici bina exemplaria inter MSS. LAUDINA.

INterpretationum librorum prædictorum reperiebantur in manibus Judæorum ſex exemplaria, quæ omnia concinnavit & inter ſe contulit Origenes. Erat autem *Prima* Interpretatio operis hujus ita compoſiti & exarati Verſio LXXII Sapientum Hebræorum Tiberienſium, qui accerſiti ſunt à Ptolemæo Rege Ægypti, ut libros iſtos ex Hebraico in Græcum transferrent, ex Exemplari ſcil. iſto literis aureis exarato, quod eo tempore miſerunt Hebræorum Doctores ad Regem iſtum. Ille vero LXXII Sapientes in ædibus diſtinctis, ita ut ſingulis in cellis bini eſſent, incluſit, qui libros iſtos (uti dixi) interpretati ſunt, ita ut inter ſe dum conferebantur Verſiones eorum, convenirent prorſus, & ſimiles eſſe reperirentur ſine ulla diſcrepantia, redundantia vel defectu in ſenſu, adeoque ſecuræ eſſent ab omni objectione vel mutatione. Contigit autem hoc ante adventum *Chriſti* pluſquam * 100 annis. (* *Debet eſſe* 300.)

Interpretatio *Secunda*, erat Verſio Aquilæ Sinopenſis Pontici, qui tempore Adriani Regis floruit, poſt Interpretationem LXXII, annis 430, referente Epiphanio.

Interpretatio *Tertia*, erat Verſio Symmachi, qui è Samaritanorum doctis erat vixitque inter Judæos. Fuitque hoc tempore Severi Regis, poſt Aquilam annis circiter 50.

Interpretatio *Quarta*, Verſio Theodotionis Marcioniſtæ qui Sinopenſis etiam erat, floruitque tempore Commodi Secundi Regis, idque poſt Symmachum, annis prope 10.

Interpretatio *Quinta*, illa quæ *Quinta* appellatur; quæ reperta eſt una cum multis aliis libris in dolio in urbe Hierichunte tempore Antonini cognomento Getæ, filii Severi Regis.

Interpretatio *Sexta*, illa quæ *Sexta* audit, in dolio etiam reperta eſt in urbe Nicopoli, quæ prope Actium eſt, tempore Alexandri Mammææ.

Hæ Interpretationes cum in Origenis manus incidiſſent, ille animadverſa magna illa quæ inter eas erat in verbis diſcrepantia, cum ſenſu convenirent, eſſeque quæ redundarent alicubi & deficerent in ſola verborum explicatione, in bonum ordinem opus ſumma cura redegit, contulitque cum Hebræorum libris, poſtquam linguam populi illius & ſcripturam calluerat, & ex his omnibus Volumen grande confecit, quod in octo ordines diſpeſcuit.

Horum 1us. continebat ſcripturam Hebraicam, ſermone ac literis Hebraicis.

2^dus^. autem ſcripturam Græcam, ſermonem vero plane Hebraicum inſtar præcedentis, ut ita Græce ea legerent, qui ſcripturam Hebraicam nequaquam callerent.

3^ius^. Verſionem Aquilæ, aut ſignum (A) Alpha Græcum, primam ſcilicet nominis ejus literam appoſuit.

4^tus^. Verſionem Symmachi, quam appoſita prima nominis ejus litera Σ notavit.

5^tus^. Verſionem LXXII, quam literis Ain & Beth numerum LXXII exprimentibus notavit.

6^tus^. Verſionem Theodotionis, quam litera Θ prima nominis ejus litera notavit.

7^mus^. Interpretationem Hierichunte inventam, cujus Authoris nomen cum lateret, litera He, ſigno numeri quinarii eam notavit.

8^vus^. Verſionem Nicopoli inventam, cujus itidem Author, cum nomine notus non eſſet, Sexti notam ei indidit, quam litera Vaw ejus numeri indicio ſignavit.

Atque hic intellectum & oculos in teſtimonium adhibuit. Siquidem ſint licet Hebræis Exemplaria diverſa, verbis

bis diſcrepantia, ſenſu tamen inter ſe conveniunt. Atque ad hoc quod dico probandum facit illud Exemplar Legis, quod in manibus Samaritanorum eſt; quanquam ſint in ipſo diſcrepantiæ quod ad verba & repetitiones ab eo quod apud Judæos reperitur, cum tamen utraque Hebraice exarata ſint: cujus cauſa ei, qui rem recte perpenderit, hæc apparebit, quod omnes libri lacerati & combuſti fuerint ab impiis apud Iſraelitas regibus, aliiſque qui eos diverſis temporibus adfixerunt: inſtaurati vero ſunt denuo à doctis quibuſdam Judæis qui eo tempore floruerunt, eoſque memoriter tenuerunt; qui cum eos è memoriæ penu proferrent, nemo ex illis ab altero in rerum ſenſu diſſenſit: niſi quod Judæorum quidam Repetitiones quaſdam facilitatis gratia omiſerint; Samaritani vero eas poſuerint, ne deeſſet aliquid ſolliciti. Verumtamen quæ jam reperiuntur apud Samaritanos addita & iterata in libro Exodi, ſed ibidem apud Judæos deſiderantur, eadem ipſa integre apud Judæos habentur libro Deuteronomii, uti lecturus es ac percepturus. Atque hæc ſumma eſt eorum quæ narrantur de ſex iſtis verſionibus Græcis, quæ in manus *Symmachi* (forte, *Origenis*) pervenerunt, ex quibus conflatum eſt volumen illud quod in 8 ordines diſpeſcuit, titulo Octapla.

Quod ad eaſdem autem verſiones, num ex eodem exemplari Hebraico tranſlatæ fuerint aut ex diverſis exemplaribus inter ſe diſcrepantibus in aliquibus ob cauſam prædictam, ego neſcio, Deus novit: cum de veritate rei apud nos non conſtet. Hoc autem novimus, in ſenſu apud omnes ſummam eſſe convenientiam, non obſtantibus lectionum varietate & quæ in verbis eſt alicubi repetitione. Ut autem pateat eorum quæ diximus & explicuimus, veritas; convenit ut deſcribamus tibi aliqua de principio Legis prout in textu Hebraico habentur, & ab omnibus Interpretibus prædictis verſa, ut inde percipere poſſis, volente Deo, quid ſit quod in hac Epiſtola noſtra volumus.

Reperimus igitur primum ordinem claſſis primæ libri iſtius, qui à Symmacho concinnatus fertur, Hebraice exaratum, eumque ſonare verba, Bereſhith bara Elohim eth haſhamaim veeth haaretz. Quorum verborum ſecundum linguæ Hebraicæ proprietatem interpretatio eſt: Primo creavit Deus

Elementum Cœlorum & Elementum terræ: in 2do ordine eadem Hebraica literis Græcis exarata invenimus: in 3^tio Verſionem Aquilæ, In principio creavit Deus Cœlos & Terram: in 4to Symmachi, Primo creavit Deus Cœlos & Terram: in 5to Verſionem LXXII, Primo creavit Deus Cœlos & Terram: in 6to Verſionem Theodotionis, Primo creavit Deus Cœlos & Terram: in 7mo Verſionem Quintam, Primo creavit Deus Cœlos & Terram: in 8vo Verſionem 6^tam Primo creavit Deus Cœlos & Terram. Atque ita proceſſit oratio in octo ordinibus, perrexitque ſingula ordine deſcribendo: quoties vero ad particulam vel verbum, quod in uno ſolum interprete reperiretur, non in reliquis, aut in textu Hebraico, non in Interpretum aut omnium aut aliquorum Verſionibus, perveniret, illud ſolum in iſto ordine deſcripſit; apud illum interpretem qui verbum illud omiſerat, vacuum duntaxat ſpacium relinquens. Eodem modo, ſiquid occurreret quod in textu Hebraico non reperiretur, ſpacium vacuum in textus Hebraici ſerie reliquit, nihil in eo ſcribens: atque ita in cæteris omnibus ſiquid ab interprete aliquo omiſſum fuerat, uſque ad finem libri. Idemque factum in omnibus libris omnibuſque eorum Verſionibus & ordinibus. Abſoluto demum & perfecto quanta fieri potuit diligentia opere iſto, novum aggreſſus eſt, ſingulas inter ſe verſiones omneſque cum veritate Hebraica conferendi; adeo ut ex illis librum ſelectum, perfectum, omnibuſque numeris abſolutum concinnarit, in quo radicis, fundamenti,& medii ordinis,& quaſi cæterarum cauſæ locum obtineret verſio LXXII, uti præfatum. Primo ſiquidem libri Geneſios verſiculo, prout à LXXII verſus eſt,deſcripto,viz. Principio creavit Deus Cœlos & Terram; eum deinde contulit cum tribus Interpretationum ordinibus ei præmiſſis, atque etiam cum illis quæ illam ſequebantur. Eum nempe in finem Verſionem ο' LXXII in ordine mediam collocaverat, quo facilius inſtitueretur collatio. Cumque omnes in hujus verſiculi interpretatione conſentientes videret, (uno excepto Aquila, qui loco, Primo, In principio ſubſtituit,) particulam in ipſo libro ſigno quodam notavit, adſcriptis ordine literis minutis in margine operis, In principio, eodemque ſigno notatis quo in libro notabatur verbum

verbum Primo, iiſque primam nominis Aquilæ literam A ſuperimpoſuit, indicans Aquilam ſolum ex omnibus iſtis Interpretibus interpretatione hujus particulæ à cæteris diſceſſiſſe, atque hoc modo perrexit, ſingulas literas, ſingula verba, ſinguloſque verſus notis ſuis ſignando. Atque hoc ita factum, quod Verſionem LXXII nulla ex parte imminutam libri textum conſtitueret, adſcriptis in margine ordine quodam quæcunque ab illa diverſa eſſent in reliquis Verſionibus, notatis ſignis ſuis iſtis Verſionibus; quæ primæ nominum eorum, qui eas confecerant, literæ erant. Quodſi particulæ aliquæ in Verſione LXXII occurrerent, quas in textu Hebraico inter conferendum non reperiret, neque in cæteris Interpretibus, eas in libri textu inſcripſit quidem, ſed ſignis ſuis notatas, linea nimirum, cui nullum apponitur punctum, ad hanc formam ——— hujuſmodi linea Græce ὄβελον nominavit.

Ubicunque igitur hujuſmodi linea particulæ alicui vel verbo, vel nomini, vel ſententiæ adſcripta reperitur, ſcias ita ſe habere illud in omnibus LXXII exemplaribus, non autem in textu Hebraico, neque in cæteris Interpretibus. Quod ſi quid apud duo Interpretum paria reperiatur, in quo à cæteris eorum paribus diverſi abeant, ita ut cæteris aliquid addidiſſe videantur ipſi, hoc etiam libri textui inſertum linea duobus punctis infra ſcil. & ſupra inſignita notavit, ad hanc formam —:— quod ſignum Græco nomine Lemniſcum appellavit, id eſt, lineam inter duo puncta tranſeuntem. Atque ubicunque reperitur hujuſmodi Lemniſcus literæ aut verbo aut nomini aut ſententiæ appoſitus, hinc voluit indicium ſumeres reperiri illud apud duo Interpretum paria, non autem occurrere vel in textu Hebraico vel in cæteris Interpretibus. Quod ſi apud unum ſolummodo Interpretum par, quid à cæteris ea in re diſſenſerit, atque adeo reperiatur apud illud par aliquid iis quæ habeant cæteri additum, illud pariter textui libri inſeruit linea cui punctum ſuppoſitum ſigni loco notatum, hac forma, —·— quam Græce Hypolemniſcum indigitavit, id eſt, lineam puncto ſuppoſito. Qualis ſicubi reperiatur literæ, verbo, nomini, vel ſententiæ adſcriptus, exinde percipies reperiri illud

illud apud par unum ex Interpretibus, cum in textu Hebræo & cæteris Verſionibus deſideretur. Neque tamen putet aliquis, cum audierit mentionem factam verbi, vel quod ab uno pari vel duobus Interpretum paribus adhibitum, aliquam heic ſubeſſe contrarietatem, dicatque, Quomodo ergo eadem protulerint Interpretes? cum par unum aut alterum à cæteris diverſa protuliſſe videamus, quod & de omnibus dici poſſit. Quia quod ad ſenſum & veram intentionem conveniunt eorum ſermones, licet acciderit aliquando diſcrepantia in verbis, & repetitio, & contractio, adeo ut è verbis & interpretationibus omnium parium ſelectus fuerit iſte ſermonis tenor, qui maxime congruus & appoſitus videretur.

Porro ut ſcias, Lector, licet aliqua acciderit differentia in verbis rebuſque quibuſdam repetendis & contrahendis, ſenſus eſſe convenientiam, his ſigna quædam appoſuit, quibus notum tibi faceret unde & à quo ortum duxerit iſta diſcrepantia in verbis, ſive ab uno ſive ab altero Interpretum pari fluxerit. Cum autem ad verbum aliquod differens perveniret in aliqua arearum, ſcil. in textu Hebraico vel aliquo Interpretum præter LXXII, quod neceſſarium duceret libri textui inſerendum, inſeruit ei in ſignum ſtellæ quatuor punctis circa crucem figura adſcripta ad hanc formam ※, quam Græce Aſteriſcum, id eſt, ſtellulam nominavit. Ubicunque igitur reperitur hujuſmodi Aſteriſcus literæ, nomini, verbo, aut lectioni appoſitus, hoc tibi indicio eſt occurrere illud vel in textu Hebraico vel Interpretum aliquo, præter LXXII. Quare ei inſuper primam nominis ejus apud quem habetur literam adſcripſit. Porro unam notam communem omnibus, in quibus aliqua fuit diſcrepantia, ſive Obelo, id eſt, ſimplici linea; ſive Hypolemniſco, i. e. linea puncto ſuppoſito; ſive Lemniſco i. e. linea duobus punctis inſignita, notanda, qua clauderetur, adſcripta differentia ſive particulæ ſive nominis ſive verbi, ſive ſententiæ adhibuit; quam Completoriam nominavit, hujuſmodi figura deſcriptam ⸗3.

Quod ſi deſcrepans illud quod textui libri inſeri deberet, in textu Hebraico reperiretur, non in aliis areis, illud Aſteriſco ſolo notavit, non appoſita libri Hebraici alia aliqua nota.

nota. Si vero in aliquo trium Interpretum Verſioni LXXII præmiſſorum obtigiſſet differentia, ſive occurreret illud in quo diſcreparet in textu Hebraico ſive non, Theodotionis ſententiam reliquis prætulit, quod ad LXXII propius accedere ſoleret: illudque ex ejus Verſione deſumptum textui inſeruit, aſteriſco primaque nominis ejus litera notatum. Diſcrepantias vero in Aquila & Symmacho repertas in margine adſcripſit, prima nominis eorum litera ſignatas. Quod ſi tres illi illud textui inſertum eodem modo interpretati eſſent, illi literas A. Σ. Θ. Elif, Sin, & The, nominum ipſorum initiales adſcripſit, cujus rei in ſignum literam Γ. ג numeri ternarii notam adhibuit, unaque aſteriſcum appoſuit. Quod ſi diſcrepantia illa textui inſerta ex Verſione 5ta vel 6ta deſumeretur, illud aſteriſco, unaque nota ad indicaudum utrius eorum eſſet, E. ς. 5tus an ſextus, inſignivit. Atque hoc totum eſt quod ſpectat ad illud quod in ipſo libri textu (ἐδάφει) ſcribebatur, lineaſque ac aſteriſcos ei appoſitas, literaſque nominum Interpretum initiales. Eſtque hæc norma & Canon, quo de omni ex quo conſtat ἔδαφος ſeu textus libri, dijudicari poſſit, num verum recteque poſitum ſit, an erratum tollendumque ex libri textu illud in quo iſta eſt diſcrepantia, quodque ſignis iſtis notatum. Quod ſi lectionem atque orationem abſque his invenias perfectam & æquabili tenore procedentem, illud æquabile & verum eſſe ſcias. Quod ſi non recto ordine & æquabili tenore procedat, ſcias erratum heic incidiſſe: quod conjectari σὺν Θεῷ poteris. Porro in areola quadam exterius adſcripſit differentias quotquot reperiebantur in Interpretum antiquorum Verſionibus eodem ſigno unicuique verbo diſcrepanti atque illi quod ei in textu reſpondebat interius exteriuſque adſcripto, atque exterius inſuper prima nominis ejus à quo adhibitum fuerat, litera, prout ſuperius explicatum eſt. Verum extra etiam in margine libri in areola iſti rei deſtinata characteres appoſuit Hebraicos, quibus conſtat magnum & magnificum illud nomen, quod apud Hebræos Shem Hammephoraſh audit. Quia ſcil. invenerat Origenes in ſcriptura Hebraica literas Domini nomen continentes, quæ ſonare videbantur Yeh Yeh,

vel Yeh Veh, cum Vaw Hebraicum Ye referat, vix ullo inter ea apparente diſcrimine, uti ex adſcriptis videre eſt: ' enim ita pingunt, eodemque fere modo ו, ita ut tota fere diſcrepantia a prolatione petenda ſit. Cum autem inter legendum ad aliquem ex his locum, in quibus literæ iſtæ occurrunt, pervenerint Judæi, illo, quod ſonare videntur literæ iſtæ inter ſe compoſitæ, relicto nomen Adonai ſubſtituunt; ut cum dicatur, Dixit Dominus Moſi, quod prout ſcribitur eſſet, Dixit *Jehovah* Moſi, inter legendum proferetur, Dixit Adonai Moſi. Atque ita hoc nomen legunt. Nomen autem Adonai interpretanti eſt Dominus. Hinc factum, ut Interpretum nonnulli nomen hoc quaſi Adonai ſcriptum eſſet, Dominum nempe reddiderint: alii ad literas primigenias animum advertentes in textu Dominum poſuerint, in margine vero literas adſcripſerint, quales apud Hebræos pinguntur illarum formæ. Quod magno apud Græcos errori ortum dedit, qui adeo altas inter eos radices egit, ut etiam ad Syros propagatus fuerit. Is unde originem ſumpſit, tibi paucis explicabo. Quandoquidem Hebræis, quoties literas pingunt, mos eſt à dextra ſiniſtrorſum in ſcribendo pergere; Græcis vero è contra à ſiniſtra dextrorſum; cum viderent Græcorum ſcribæ figuras iſtas literarum Hebraicarum Græcorum Pi & Jota, ΠΙ. referre, eaſque Græcanicas eſſe putarent, necnon eas prout ſonant non proferre Hebræos animadverterent, eis juxta Alphabeti ſui rationem, quæ illi quam ſequuntur Hebræi contraria eſt, à ſiniſtra dextrorſum pergendo, compoſitis, loco characterum Hebraicorum Græcos ſubſtituerunt hoc fere modo, ΠΙ ΠΙ. Cumque poſtea librorum iſtorum verſionem è lingua Græca in Syriacam aggrederentur Syri, tranſtulerunt literas iſtas, decepti errore qui primo è lingua Hebraica fluxerat, & in libris ſuis ad marginem adſcripſerunt Fi Fi, nota ei numeri LXXII impoſita, οβ'. Ain & Be ſcilicet. Atque hæc origo fuit erroris qui Fi Fi in libros ſacros invexit. Sublatus eſt deinde à nonnullis in multis exemplaribus iſte error, ita ut ab aliquibus ſcriberetur Fi Fi, ab aliis Yehoveh, cum tamen de hoc inter omnes conveniat, denotari iſto, *Yehovah.*

Yehovah. Si ideo reperias ſcriptum *Yehovah* aut Yeh Yeh, vel characteres additos Hebraicos; ſcias ita in textu Hebraico haberi, licet in ejus verſione diſſenſerint Interpretes.

Aliud præterea in margine libri reperitur, cui adſcriptum Origenis nomen; literæ etiam & verba quaſi in erroris (indicium) quæ in margine in areola quadam apponuntur una cum eo quod in libro eſt inter legendum adjungenda, nullius tamen Interpretum ſigno notata: quorum quædam in textu Hebraico reperiuntur, quædam non. Occurrunt inſuper exterius in margine libri verba quædam quaſi ad confirmandum illud quod in textu legitur adhibita, nullo notata ſigno. Quinetiam & verba Græca & Syriaca ad elucidanda ea quæ in textu ſunt adhibita, quæ tenuis ductus circulo notantur. Quinetiam libris ipſis præmiſit ſcriba Capitula quædam, ex quibus paucis percipere poſſis quid in univerſo libro contineatur.

Collatus eſt etiam Liber Legis, qui in manibus Judæorum reperitur cum eo, qui apud Samaritanos habetur. Reperitur autem in codicibus Samaritanis redundantia quædam & repetitio ultra illud quod recipiunt Judæi: quæ vel in unaquaque pagina infra textum vel ad calcem libri notata, uti lecturus & percepturus es σὺ θεῶ.

Contulit inſuper inter ſe exemplaria iſta Hebraica ſumma cura Lucianus, & ſiquid vel deficiens vel redundans deprehenderet, illud in locum ſuum reſtituit, particulæ quam emendavit initiali nominis præfati litera appoſita, ſcil. litera Lam. Ubicunque igitur in his libris literæ aut verbo appoſitum ſignum LXXII aut literas numerum eorum indicantes, hanc lectionem ab illis eſſe ſcias, illoſque ita inter Interpretes vertiſſe. Ubicunque autem lineas vel ſine puncto, unove vel duobus punctis inſignitas, illam à quibuſdam e LXXII; atque ubi aliquid aſteriſco notatum vel in textu vel extra in margine, tale eſſe illud quod à LXXII omiſſum. Quodcunque nota libros Hebraicos denotante eſt ſignatum, ſcil. عبر literis Ain Be & Ra, illud ſcias in textu Hebraico reperiri; ſin vero litera Elif in textu vel ad marginem, illud apud Aquilam lectum:

ſi litera Sin, à Symmacho ſumptum; litera Θ, à Theonotione: ſi Ε. He, è Verſione quinta: ſi litera ϛ. Vaw, è ſexta. Quod ſi adſcribantur literæ Elif Vaw & Ra, ipſa eſſe Origenis; ſi demum litera Lam, Λ. Luciani eſſe. Hæc ſunt quæ σὺ σῷ ſcire debes.

Ab Hiſtoricis Joſephi Ben Gorion, *quem Munſterus quidem & alii ediderunt Hebraice; at vero Arabice, parum licet conſtii, πολυγλώττων Londinienſium conditores venerandi titulo alterius Maccabaicorum protulerunt.*

Libri III. Cap. 2. Sebaſtiano Munſtero Interprete.

PRoinde Ptolemæus Macedo, qui ſuper Ægyptum conſtitutus fuit rex, vir erat miſericors, ſapiens, prudens, & qui libenter legebat in libris. [Hic præcepit duobus principibus ſuis, quorum nomina erant Ariſtæus & Andreas, ut congregarent libros multos. Collectis autem plurimis voluminibus ſcriptis Medorum atque aliorum populorum linguis, dixit rex ad eos, quot habetis libros? Reſponderunt ei, nongentos & nonaginta quinque. Et ſubridens rex ait ad eos, Agite apponamus adhuc quinque, ut aſcendant ad millenarium numerum. Ad quem dixit Ariſtæus, Obſecro, Domine, ne attendas quod fruſtra laboravimus pro libris iſtis, in quibus nulla eſt utilitas: quare ſi regi bonum videtur, ſcribat ad Pontificem Ieroſolymitanum, ut ille ad te mittat ſapientes, qui in illa ſunt urbe, callentes linguam Græcam, qui tibi explicent Legem ſuam. Illa enim ſcriptas habet res ſanctas, & omnes alii libri non habent niſi vanitatem.] Fecit itaque rex ſecundum illum modum, mittens ſcribas & munera ad Pontificem, qui erat in diebus illis, qui conferrent cum eo, & conſultarent ſuper hac re. Tunc miſit Pontifex ad eum ſeptuaginta ſacerdotes, inter quos præcipuus erat Eleazarus vir gravis, [qui poſtea Antiochi temporibus probatus eſt & interfectus pro Domino Deo ſuo.] Cumque veniſſet Eleazarus cum ſeptuaginta ſacerdotibus & Interpretibus in Ægyptum, conſtituit eis rex ſingulas domos, ſeparans unum ab alio, & aſſignans unicuique

ſuique ſcribas expeditos. Sacerdotes autem illi explicuerunt totam Legem, & reliquos Biblicos libros, viginti ſcilicet quatuor quos tranſtulerunt ſeptuaginta ſacerdotes de lingua ſancta in linguam Græcam, & obtulit Eleazarus ſcriptum eorum regi. Tunc legit rex uniuſcujuſque ſcriptum, ut illi tranſtulerant, & ecce omnium Interpretum una erat & concors expoſitio idemque ſenſus; de qua re lætatus eſt rex plurimum. Et proferens argentum & aurum dedit Eleazaro & Septuaginta ſacerdotibus, miſitque eos Hieroſolymam. Sed & Judæos dimiſit liberos in die illa, centum ſcilicet & quinquaginta, (*in Arabico* 130000.) tradens ſingulis centum & quinquaginta drachmas aureas: & mittens pro munere Deo noſtro menſam ex auro mundo factam, cujus pondus erat mille talentorum; in qua ſculpſit effigiem totius terræ Ægypti una cum Nilo fluvio & divertigio, quod ex Nilo fluit & irrigat univerſam terram Ægypti. Adhibuit præterea menſæ varios lapides pretioſos, ut inſtar illius menſæ nemo unquam viderit in univerſa terra. Miſitque eam rex Ptolemæus in Jeruſalem pro munere in domum Dei magni, Dei orbis. [ ] Deſunt in Arabico, nec immerito. Has etiam fabulas Salomon Jarchius, A.Zacutus, D.Ganzius, & Judæorum alii lubentes & creduli ſatis referunt.

Teſtimonia vero, quæ ſequuntur, Latine vertit Edvardus Bernardus.

E Chronico inedito Georgii Homædidæ.

CUm Ptolemæus, cognomentis Galeb Lauz & Philadelphus, ut erat ſcientiæ ac præcipue Hiſtoriarum ſtudioſiſſimus rimator, intellexerat in ſcriptis Moſis ac prophetarum Hebræorum curioſa plurima reperiri, abs Hieroſolymis LXXII Seniores & ſapientia inſignes viros accerſivit. Duo tamen iſtius collegii itinere periere; reliqui vero Legem & Prophetas in Græcum transferebant ex Hebræo, juſſu principis, conclavibus ſigillatim incluſi. Placuit autem Ptolemæo ea verſio; adeo ut ſigillo addito in æde Dei ſui illam reponeret, & ſenes ipſos muneribus largis dimitteret, additis etiam contribulibus quos captos bello Ægyptus tenuerat. Fuit autem juſtus ille Symeon è numero LXXII virorum Interpretum.

E Godoliæ Serie Traditionum Hebraicarum.

ANno quidem Mundi conditi 3500. qui fuit Templi ſecundi annus 92. Theologiam Moſaicam ab Antigono ordine accepit Joſes aut Joſephus filius Joezeri Seridenſis. Eo autem tempore Eleazarus pontifex ſeniores aliquot, expoſcente quidem Ptolemæo rege, in Ægyptum miſit, qui legem Græce verterent ex Hebræo. Id opus miſere corruperunt Nazareni, ſuppoſita etiam narratione fabuloſa nomine Ariſteæ.

In corpore ♆ *magborim* titulo Megilla cap. 1. §. 8.

IN eo quidem differunt ſacra biblia à phylacteriis & ſchedulis januæ, quod illa omni quidem charactere dialectoque ſcribi liceat; hæc autem literis duntaxat Aſſyriacis exarantur. Verumtamen in ea fuit ſententia Raban Symeon filius Gamalielis, Sacram Scripturam literis duntaxat Græcis deſcribi fas prælegique, non exoticis aliis. Submonent autem Gemariſtæ Babylonii f. 9. decretum Symeonis Gamalielidæ de Pentateucho ſolo obtinere, non de reliquo Bibliorum ſacrorum. De rege enim Ptolemæo, inquiunt illi, iſta fertur hiſtoria: Senes ipſum LXXII ſibi accitos tot conclavibus concluſiſſe, ignaros plane cur convenerint: tum vero ſingulos juſſiſſe, ut ſibi legem Moſis doctoris ſui Græce deſcriberent: Deus autem tam miro opere unumquemque illorum animo adjuvit, ut in verſione Legis omnes omnino conſentirent. Eadem profert & Maſſecheth Sopherim cap. 1.

Item titulo Megilla Patres Jeroſolymitani. fol. 71.

TRedecim autem loca immutaverunt in Lege Interpretes Ptolemaici. Scripſerunt enim *Gen.* 1. 1. Deus in principio fecit. *Gen.* 1. 26. Faciam hominem in ſimilitudine & imagine. *Gen.* 1. 29. Maſculum & Fœminam creavit eos. *Gen.* 2. 2. Et conſummavit die ſexta, atque requievit die ſeptima. *Gen.* 11. 7. Venite, confundam linguam eorum.

Gen.

Gen. 18. 12. Risit Sara apud proximos suos. *Gen.* 49. 6. In furore suo interfecerunt taurum, & in impetu suo effoderunt murum. *Gen.* 9. 20. Moses sumtis uxore & filiis ipsos jumentis imposuit. *Exod.* 12. 40. Habitatio autem filiorum Israël, quatenus habitaverunt in terra Ægypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, fuit per annos quadringentos & triginta. *Exod.* 24. 5. Miserunt autem δυνατους & præstantiores de filiis Israël; pariter ac versu 11. Inque electis filiorum Israël nullus defuit. *Num.* 16. 15. Nullius cujusquam desiderabile ipse ego accepi. *Deut.* 4. 19. Lunam & stellas, quas distribuit Dominus Deus tuus, ut cunctis nationibus collucerent. *Deut.* 17. 3. Quæ vos colere ego neutiquam volui. *Deut.* 14. 7. & *Lev.* 11. 6. Loco λαγωὸν vocem δασύποδα reponere maluerunt Septuaginta illi senes, ne forte Lagidam offenderent.

Item titulo Megilla fol. 9.

HÆc eadem repetunt in Talmudo suo doctores Babylonii, & eodem sæculo auctores Mecilta fol. 7. & Breit raba f. 12. atque post eos compilator Massictæ Sopherim cap. 1. & Josephus ille Gorionides, & alii. Azarias denique Idumæus librum integrum Aristeæ à se versum Hebraice initio operis eruditissimi Meor Enaim edi curavit; necnon captibus 7. & 8. ejusdem commentarii de Interpretatione ספר ס׳. præclare differuit.

Ex Chronico Samaritano Abulphetachi.

ANno ante Christum 275. Mundi 4150. Annoque decimo Ptolemæi Philadelphi egregii literatorum fautoris, accitis Alexandriam Aarone & lectissimis Samaritarum, necnon doctoribus Judæorum sub Eleazaro suo Legem Mosaicam in Græcorum dialectum ut transferrent ex Hebraico; cum de monte locoque electo Templi, & in *Deut.* 32. 35. *de die retributionis* in Græco & Samaritico, pro ἐμοὶ ἐκδίκησις Pauli Apostoli & Masoretarum, aliisque in versubus versiones istæ variarent, rex approbavit magis Samaritarum interpretationem, eosque splendidis muneribus donavit;

navit; imo vero Judæos ille monte benedicto Garizim rescripto omnino arcuit. Referunt autem triduanas tenebras passum fuisse mundum, cum Judæi in Græcum Mosis libros verterent. Hoc autem tempore inter Judæos exortæ sunt tres sectæ: *Pharisæi* quasi nomine suo Schismatici, patres quidem traditionum; & *Sadducæi*, qui rationi amant tribuere quantum Legi Mosis: & tertia portio *Hasidæi*, quod est viri probi & sani. Hi sunt Philosophorum Samaritanorum adfines, & prope Hargarizim ultro habitant.

In libri pervetusti Megillat Taanit appendice etiam veteri subnexum est in impressis & admonitum.

DIe autem quinta mensis Tebet jejunamus propter Legem Græce versam jussu regis Ptolemæi. Quinvero eodem tempore caligo per tres dies terrarum orbem oppressit: Simili etiam imprudentia compilator Massechet Sopherim cap. 1. studium illud tot senum cum vitulo aureo Pontificis primi confert pariter damnatque.

F I N I S.